



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XI. Agapen fratrum non debere contemni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

cipere, vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

IX.

Quicumque virginitatem custodiens, aut continentia studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

X.

Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum seruant extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

XI.

Dist. 42. Si quis despici-

u Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

XII.

Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos qui cum reuerentia birris & aliis communibus & solitis vtuntur, anathema sit.

XIII.

Dist. 40. Si qua mulier.

Si qua mulier propter continentiam, quæ puta-